# BREVIS CONSPECTUS HISTORIAE THEOLOGIAE

## IN SAEC. XIX

Pro Bibliographia vide Martin Grabmann. Geschichte der Katholischen Theologie, Freiburg 1933. - Pohle, Theology (Catholic Encyclopedia, t.XIV). - Hurter, Nomenclator litterarius theologiae catholicae, Innsbruck 1903-1913
( = H )

Dictionnaire de Théologie catholique (1909 et sq.) ( = D T )
The Catholic Encyclopedia, New York, 1907 et sq. ( = C E )
Kirchenlexikon, Freiburg 1882 et sq. ( = K L )
Lexikon für Theologie und Kirche, Freiburg 1930.
J. Bellamy, La Théologie catholique au XIX$^{e}$ siècle, Paris 1904.

## I EPOCHA (1800-1831)

### Collapsus et infelix status theologiae.

1. Causae extrinsecae : a) suppressio Societatis Jesu
   b) turbationes populares et bella: Unde destructio multarum scholarum; ruinae monasteriorum, bibliothecarum
   c) minor numerus clericorum.

   Causae internae : a) Rationalismus praevalens s. XVIII
   b) Jansenismus
   c) contemptus methodi et doctrinae scholasticae
   d) Regalismus (Gallicanismus, Josephismus)

2. Character generalis : Magis floret Apologetica quam dogmatica quae negligitur.
   In pugna contra rationalismum alii nimis

fidentes rationi ceciderunt in semirationalismum (praesertim in Germania); - alii ex opposito ipsam rationem suspectam habent; inde natus est traditionalismus (praesertim in Gallia).

Alius error ex rationalismo ortus fuit Liberalismus.

3. Hispania

Theologia ceciderat a suo antiquo splendore remanet tamen antiqua traditio praesertim nominandi sunt :

Lorenzana (1722-1804) eruditus in Patrologia.

Faustinus Arevalo, S.J. (1749-1824)

Jac. Villanueva, O.P. ( + 1824).

America Septentrionali

Joannes Caroll, S.J. archiep. Baltimorensis.

In Anglia

Ecclesia opprimebatur, sed spes melioris conditionis affulget cum, ductu O'Connel, anno 1829 promulgata est lex "Emancipationis".

J. Milner (+ 1826).

C. Plowden ( + 1821)

W. Prynter ( + 1827)

C. Butler ( + 1832) laicus

In Hibernia

Jac. Doyle ( + 1834)

======================

# I T A L I A

a) conditio theologiae erat melior, non obstantibus difficultatibus; in Italia sept. error Jansenisticus spargebatur (ex Concilio Pistoriensi 1794), sed in caetera Italia et praesertim in Italia meridionali servabatur antiqua traditio. (Restitutio Societatis Jesu a Pio VII, anno 1814 - Universitas Gregoriana sub Leone XII, anno 1824; S. Pontifices magnis conatibus antiquum splendorem ceteris collegiis Urbis reddere satagunt.)

b) Sed iam imminet error liberalismi.

c) Nominandi sunt apologetae Sigismondus Gerdil, Barnabita (+1802) Vincentius Bolgeni S.J. ( + 1811), auctor tamen novarum opinionum 1787
A. Muzzarelli S.J. ( 1749-1813 ). "Il buono uso della logica"
Maurus Cappellari Ord. Cam. (Gregorius XVI) "Il trionfo della Santa Sede e della Chiesa" 1799.

Jus Canonicum, exponitur in libris manualibus bonae notae Jos. Ferrante ( + 1803) Joan Politi ( + 1815) et praesertim Joan Devoti ( + 1820) Institutiones canonicae.
Theologia vero dogmatica languet: vix nominari possunt Vinc. Cambo ( + 1823) et Placidus Zurla (+1834).

Sed eruditio et historia magnos viros habet. (Vaticanum, Ambrosianum)
Angelus Fumagalli (+1804) delle istituzioni diplomatiche
Cap. Marini (+1815) I papiri diplomatici
Franciscus Cancellari (1751-1820) et praesertim
Jo. Bern. de Rossi (1742-1831): Variae lectiones V.T.- Synopsis institutionum hebraicarum - Introduzione allo studio della S. Scrittura ecc.-

# G A L L I A

<u>Status religionis miserrimus</u>: ruina antiquarum institutionum - ignorantiam apud clericos quorum multi inficiuntur gallicanismo et plus minus jansenismo: praevalens philosophia cartesiana.

Apud excultos laicos spernebatur religio propter influxum rationalismi Voltaire, Diderot (+ 1784), D'Alembert, Holbach (+1789) Lock et Condillac ( + 1780).

## Apologetica et initium Traditionalismi

1. Apologetica esthetica. <u>Châteaubriand</u> (+1848) Le génie du Christianisme (1802) H. V, col.1167; D T, II, col. 2332; K L, III, 103.
2. <u>Jos. de Maistre</u> (1754-1821). Du Pape (1818) de l'Eglise gallicane (1821) Les soirées de St. Petersbourg (1821). praecursor traditionalismi H. V., 840; D T, IX, 1663; K L, V, 531.
3. <u>L. de Bonald</u> (1754-1840): auctor traditionalismi. Le legislation primitive (1802). - Recherches philosophiques sur les premiers objets des connaissances morales - Primus ostendit <u>momentum sociale</u> catholicismi; infeliciter instauravit traditionalismum (Cf. Lennerz, De Deo, p. 5). D T. II, 957; K L. II, 1009.
4. <u>Felicitas de Lamennais</u> (1782-1854): scholasticae doctrinae contemptor sed scriptor eximius. Tradition de l'Eglise sur l'institution des évêques (1814) Essai sur l'indifférence en matière de re-

Lamennais: omnes potentias nostras insufficere – rationis et rationi individuali insufficit homo ens sociale – mundi a societate accipienda et accepta – nulla certitudo de iure seu objectiva nisi in genere humano – in individuo non nisi certitudo de facto et subjectiva. demonstrat luculenter omnia de Deo et immortalitate ex sensu communi. Magnificentia styli novitas conceptus omnes vicit – maxime personalitas

ligion, t.I. 1817; alii tomi, 1820, 1821, 1823. (De eius doctrina cf. Lennerz, p. 6 et alios probatos auctores).

criterium veritatis: sensus communis

Multi maxime plane Lamennais acceperunt

Quidam theologi impugnaverunt has doctrinas, praesertim Boyer C.SS : immo R.P. Fortis, anno 1823 vetuit ne in Societate Jesu docerentur 7 propositiones desumptae ex operibus Lamennais.– Quibus criticis respondit Lamennais Defense de l'Essai sur l'indifférence, 1827. Insuper scripsit contra Gallicanismum et rationalismum: De la religion dans ses rapports avec l'ordre politique et social 1826.

Schola Lamenasiana: de Salinis, Lacordaire, Rohrbacher, [Histoire] Montalembert, etc. praesertim Gerbet cuius opera : Des doctrines philosophiques sur la certitude dans leur rapport avec la foi (1826); Coup d'oeil sur la controverse chrétienne (1826). – D T VIII, 2473; K L VII, 1349.

Ad laudem scholae Lamenasianae in hac periodo dicendum est eam strenue impugnasse Gallicanismum. [Liberalismum!]

Gallicanismus erat praevalens in seminariis. 4 propositiones docebantur et – avant classicae – tuebantur.

Card. de Laluzerne (1738-1821) apologeta et concionator. H. V, 850 Comte de Fraysinous (1765-1841).

==============

## G E R M A N I A

1. Conspectus generalis: Vide C. Werner, Geschichte der Katholischen Theologie t. III, 1889, p. 333 et sq.; Goyau, l'Allemagne catholique, t. I, p. 766 sq.; D T., I, col. 856.

French little given to metaphysics of time – engaged in restoring ancien regime
Rationalism superficial [illegible] – In Germany philosophy & metaphysics at their height
Kant exploded superficial rationalism by his profound critique – [illegible] his influence
Fichte subjective [illegible] – Hegel brilliant idealistic pantheism – [illegible]
to attack reason in Germany would be mere stupidity at that time

non tanta ignorantia [illegible] multi [illegible] philosophiis studebant conditione [illegible]

Admiration of protestant learning, influence of [illegible], neglect of dogma & St Thomas
Kant & Schelling, basis of Catholic thought

From time of Luther traditional Catholicism an object of contempt but especially after the new philosophy

Romanticismus – reactio violenta contra classicismum rigidum contra rationalismum [illegible] [illegible], libertas [illegible] mystica et mysterium [illegible]

Praised art, pictures, poems, gothic all returns ante [illegible] ante Luther

a) Melior erat conditio in Germania quam in Gallia, initio s. XIX; sed magna pericula, praesertim quia Rationalismus, favente febronianismo, et sub influxu potestatis civilis invaserat ipsam theologiam.

19. Dogma in no way contradicts reason – Contrary to French reaction. — Faith vs. Reason [illegible]

b) circumstantiae faventes restaurationi theologiae catholicae fuerunt: romantismus ~~[illegible]~~ [illegible]
celebres homines qui ad finem conversi, suis scriptis vel auctcritate sociali multum laboraverunt pro catholicismo. Gallitzin, von Stolberg (1750-1819 Geschichte der Religion J.C.) Schegel (1771-1829 K L., X, 1805, C E, XIII, 542) Adam Müller (1779-1829, C E, X, 626 - Zacharias Werner ( K L XII, 1334; C E, XV, 1589) J. Fr. Schlosser (1780-1851 CE, XIV, 545) C.L. Haller (1768-1854, H.V, 1358, K L V, 1463, C E VII, 119) praesertim Görres (1776-1848). celebrem [illegible]

Quidam viri scientia excellentes nomen catholicum commendabant J.H. Kistmaker (1754-1834, H, V, 932; K L, VII, 35) Jos. Binterim (H,V, 1332).

Alii renovationem catholicam praedicationibus et zelo promovebant J.M. Sailer (1751-1832; H. V, 1055, K L, 1536, C E, XIII, 328); Van Overberg, celebris paedagogus (1754-1826, K L, IX, 1199, C E XI, 362) et praesertim St. Clemens Maria Haufbauer C.S.R. [illegible] (1751-1821).

c) Simul cum vita catholica etiam theologia in dies mirifice progrediebatur. Cuius historia in hac periodo tota est in acri pugna contra rationalismum praevalentem et hoc dupliciter, nempe directe contra impugnationes rationalistarum sive intra sive extra Ecclesiam; et indirecte in quantum plurimi theologi sub

influxu philosophiae huius temporis errores semirationalisticas docuerunt.

A. <u>Josephistae et scholae suspectae</u>

1. Bened. Wermeister (H.V. 1043) favet febronianismo Ign. Weissemberg (1774-1860) praecipuus adversarius sanae doctrinae, fovitque concilium erigendae Ecclesiae germanicae nationalis (H. V. 1371; K L. XII, 1343; C E. XV, 590).

2. <u>Universitas Wircerburgensis</u> in Bavaria. Fr. Berg. (1753-1821) rationalista H. V. 959 - Contra rationalismum, Fr. Oberthür (1745-1831): Biblische antropologie (1807), sed plures errores docuit H.V. 955, K L. IX, col. 612.

<u>In seminario Georgico Landishuti</u>, Mat. Fingerlos (1748-1817) docet principia Weissemberg (h. V. 819).

3. <u>Universitas Friburgensis</u>, primo pessima : Reichlin - Meldegg; et Schreiber - Sed in hac universitate docebat etiam Leon. Hug. (1765-1846) qui fuit dux exegesis catholicae scientificae: Einleitung in die Schriften des N.T. (1808) H. V, 1201; K L VI, 338.

4. <u>Universitas Bonnensis</u> cecidit in semirationalismum Hermes de quo postea.

B. <u>Reactio contra rationalismum et scholae orthodoxae</u>.

1. Incaeperat iam in Scholis Lucernae Helvetiorum cum J.Widmer, (1779-1844; H.V, 1391); Jos. Gügler (1782-1827, H.V, 927, K.L. V, 1321) - Tib Geiger (1755-1843, H. V, 1114).

Fr. de Brenner (1784-1846) in seminario Bambergensi: Freie Darstellung der Theologie (1815-1818) ubi ideam centralem

Bruno Liebermann Drey Hermes



exponit regnum coelorum (H. V, 1083, K.L. II, 1232; Werner, p. 363).

2. Schola Moguntina. Bruno Liebermann (1759-1844) "Institutiones theologicae" (1819) qui liber signat resurrectionem traditionis scholae (Pohle). Multos praeclaros habuit discipulos An. Raës (H.V, 1435) Nic. Weis (H.V, 1123) Geissel (H.V, 1081; D T IX, 710; K.L. VII, 2005.

3. Universitas Tubingana

Ab anno 1818 laboravit ad restaurandam theologiam catholicam et huic maxima parte debetur progressus scientificus tum in Germania, tum in cetera Europa. Initio quidem rationalismo et liberalismo aliquantulum adhaerebat; scholasticae theologiae non satis fuit addicta; sed eius laus est in eo quod methodum positivam et scientificam fovit : inauguravit interpretationem historicam Patrum Ecclesiae. Seb. Drey (1777-1853): Einleitung ins Studium der Theologie (1819). Praecursor Newman ideam evolutionis dogmaticae vindicavit. Renovavit etiam Apologeticam. Fundavit: "Theologische Quartalschrift", praecipua eius opera potius pertinent ad sequentem periodum: Die Apologetik als Wissenschaftiche Nachweisung der Göttlichkeit des Christentums, 1838. H.V, 1110; D T. IV, 1825; K.L. III, 2066. E C. V. 159. Adam Moelher incepit docere 1824, de quo postea.

C. GEORGIUS HERMES (1775-1831)

1. Diu gravissima dubia, orta ex obiectionibus Kant et Fichte passus est. Primum librum edidit an. 1805: "Untersuchungen uber die innere Wahrheit des Christentums", anno 1819 "Einleitung in die Christ Katholischen Theologie". Quamvis vi-

1829 ... 1834-1836 ... 1831.

ri prudentes ut Clemens Aug. Droste - Vischering, Stolberg, Overbergh, Kellermann suspectam doctrinam impugnarent, eius fama et auctoritas in dies crescebat, ita ut nonmodo Universitas Bonensis, sed seminarium Coloniense, facultas Vratislaviae, Monasterii, Bambergi, Seminarium Treverense eius doctrinam strenue amplexa sint.

2. Eius doctrina est rationalistica, methodo et spiritu Kantiatiano infecta; contemnit scholasticos; ignorat traditionem, quamvis sincere voluerit religionem catholicam defendere.

Eius methodus est disciplina dubii (universalis, illimitati, serii). Non est quiescendum donec ad veritatem admittendam <u>necessitate quadam</u> coarctemur. (Cfr. Perrone, Reflexions sur la methode introduite par G. Hermes. Migne, Demonstrations évangeliques, t. XIV, col. 945. - Perrone, de Locis theologicis, pars. III [II], sect.1.c.1.)

DB 1629 - 1815

Criterium certitudinis obiectivae est necessitas nostrae persuasionis. Haec necessitas est <u>physica</u> vel <u>moralis</u>, prout est dependens vel non ab officio et conscientia - prima pertinet ad rationem speculativam; altera ad rationem praticam.

In Apologetica, putat rationem speculativam non posse demonstrare factum revelationis. Ergo recurrendum est ad rationem practicam. Si agitur de simplicibus obligatio admittendi revelationem sequitur obligationem amplectandi veritatem quam aliter non possunt habere ad rectam vitam ducendam.- Sapientes vero ratio practica non immediate obligat admittendi revelationem; sed ratio speculativa reflexa, in quantum negando certitudinem revelationis, eo ipso deberent admittere maiorem partem generis humani esse necessario obligatos accipere tamquam verum id quod esset falsum, et sic valorem rationis practicae perire. Quod repugnat.

In theologia praecipuus error Hermes est circa naturam

DB. 1814 – Hermes did not teach that faith could not be free; he said it could be necessary. Follows that he denied the necessity of grace in act of faith



fidei. Fides enim est merus fructus rationis humanae. Obiectum eius formale non est auctoritas Dei revelantis, sed necessitas assensus vel persuasionis. Ex quo sequitur Hermes omnino confundere fidem et scientiam : (eo magis quod asserit ipsam existentiam Dei esse obiectum fidei). Ideoque fides est necessaria conclusio demonstrationis philosophicae; qua ratione accusatus est quod negaret libertatem fidei; quod saltem verum est eo sensu quod formaliter affirmat fidem posse esse sine libertate.- Sequitur tandem Hermes negare necessitatem gratiae. Ad conciliandam tamen suam doctrinam cum doctrina catholica, invenit suam celebrem distinctionem inter fidem cognitionis et fidem cordis.

fides cognitionis – necessary
fides cordis –

Ceteri eius errores non idem momentum habent in historia theologiae. Versantur praesertim circa attributum divinum iustitiae, circa finem creationis, circa statum primitivum hominis et peccatum originale, circa gratiam sanctificantem et circa satisfactionem Christi.

Theological method: did not bother about magisterium exclusive – took dogmas, criticised them, supported them by pure & practical reason, proved them to lie in fontibus revelationis.

Bibl. Gla. Repertorium der Katholische-theologischen Litteratur, Paderborn, I, p.355-370. D T, VI, 2288-2303; K L. V, 1875-1899. Lex für theol. und Kirche IV, 991-992; E C, 276-279.

Homo-centric and theology – Exaggeration – man's beatitude is ... measure of everything
of punishment of vice for creature's sake; just could complain
...wrong about original sin. (...)

D.B. 1619

# II EPOCHA

## THEOLOGIA RESTAURATA (1830-1869)

### Gregorius XVI - Pius IX

Conspectus generalis.

1. Praecipuus adversarius Religionis Catholicae est Rationalismus et Naturalismus. Contra hunc errorem et errores ex ipso fluentes sive in ordine speculationis (errores circa relationem inter fidem et rationem) sive in ordine practico (etatismus et liberalismus) debent pugnare theologi.

2. Triplex progressus dogmaticus:
   a) in definiendis relationibus inter fidem et rationem contra semirationalistas, fideistas et ontologistas. Tunc additum est quasi novum capitulum theologiae dogmaticae, quem progressum conformavit Concilium Vaticanum.
   b) in definiendis relationibus inter potestatem civilem et potestatem ecclesiasticam et in definiendo primatu R.P.
   c) progressus in theologia mariana quem coronavit definitio Immaculatae Conceptionis.

patrologia, exegesis, historia

3. Praeterea progressus scientificus in scientia theologica, qui tamen potius respicit scientias annexas quam ipsam dogmaticam speculativam. Attamen ex ipsis conatibus ad restaurandam philosophiam scholasticam iam praenuntiatur renovatio sanae speculationis theologicae.

## A. Pugna contra errores

### I. Gallicanismus et liberalismus.

1. In Germania Josephismum et Febronianismum vicerunt viri illustres qui renovarunt vitam catholicam, praecipue Gôrres. Infeliciter circa annum 1860 revixit latens oppositio contra Romam sub forma liberalismi et nationalismi apud theologos independentes. In Gallia vero Gallicanismus, saltem mitigatus semper vixit usque ad concilium Vaticanum.

   Contra Gallicanismum pugnavit Lamennais et eius schola : post defectionem Lamennais, eius discipuli cum multis aliis, praesertim Bonetty, L. Veuillot, Mgr.Pie, D. Guéranger bellum prosecuti sunt. Ad hunc effectum multum iuvarunt concilia provincialia celebrata post an. 1848. Infeliciter schola liberalis, in secunda parte huius saeculi aliquo gallicanismo moderato favit.

2. Post annum 1830 praecipuum periculum erat in indifferentia religiosa et liberalismo. Iam anno 1824 Leo XII damnaverat indifferentiam religiosam.

   Liberalismus sic describi potest : error illorum qui principiis Revolutionis et declarationibus de iuribus hominis imbuti affirmant voluntatem popularem esse fontem omnis iuris et legis, et ad tuendam libertatem individualem contra arbitrarias Regum voluntates appellant ad quatuor libertates modernas. Insuper independentiam absolutam potestatis civilis a potestate ecclesiastica imo ab auctoritate religiosa vindicant, ideoque docent potestatem civilem debere se indifferentem praebere relate ad omnes cultus.

Post seditionem 1830 quidam catholici ad melius defendendam Ecclesiam, iisdam principiis liberalismi usi sunt et sic natus est <u>liberalismus catholicus</u>.

<u>LAMENNAIS</u>. "Des progrès de la Revolution et la guerre contre l'Eglise" (1829); programma vero liberalismi catholici fuse expositum est in periodico "L'Avenir" in quo absolutam separationem inter Ecclesiam et potestatem civilem defendit et omnes modernas libertates vindicat.

Doctrina eius damnata est 15 Aug. 1832 per Encyclicam "Mirari vos" Gregorii XVI. Denz. <u>1613</u>. Strictly Lamennais was untouched but the ultimate conclusions of his position were condemned.

Omnes discipuli Lamennais statim definitionem R.P. acceperunt, sed Lamennais mox rebellus edidit librum: "Paroles d'un croyant" (1834) quem damnavit Gregorius XVI, 24 Jun. 1834. Denz. <u>1617</u>. Lamennais's doctrine itself reproved but in general terms.

C.E. IX

D T, VIII, 517-563; 2483-2513; K L. VII, 1349).

Post seditionem 1848 incipit $2^a$ periodus liberalismi catholici.

In Gallia catholici erant divisi in duas factiones :

a) "ultramontani" quorum dux erat Mgr.Pie (1815-1880) maximus theologus, zelosus pastor, defensor immunitatis [illegible] Cf. H.V. 1539; Guéranger (1805-1875) O.S.B. restaurator OSB in Francia, fundator Solesmes, clarissimus liturgista, indefessus insectator gallicanismi (H.V. 1839), denique L. Veuillot. Redactor "L'Univers"

b) "liberales" qui miro dictu sese cum gallicanis plus minusve sociarunt; quorum dux Montalembert, deinde de Falloux, de Broglie, Cochin, Lacordaire, O.P. Restaurator in Francia, Dupanloup Bp Orleans, apologist, pedagogue (1802-1878, H.V., 1813).

Montalembert in celebribus suis concionibus Mechlinienisibus an. 1863 ostendit necessitatem

pro catholicis admittendi libertates modernas et proposuit famosam suam formulam.

"Ecclesia libera in civitate libera".

Anno 1864 Encyclica "quanta cura" et Syllabus definitive liberalismum damnavit D. 1688-1780.

Hoc gravissimum documentum omnibus hostibus Ecclesiae apparuit ut divorcium inter Ecclesiam et societatem modernam; imo accusaverunt R.P. damnasse omnem libertatem. In Gallia Dupanlou opusculum edidit "La convention du 17 Septembre et l'Encyclique du 8 décembre", in quo conatur defendere doctrinam syllabi contra falsas interpretationes, distinguendo inter thesim et hypotesim. Hanc explicationem multi episcopi in omnibus regionibus laudaverunt, dum alii, et catholici antiliberales impugnaverunt. Pius IX laudavit auctorem, non tamen forsan sine aliqua restrictione. In Germania Kettler in eundem sensum explicavit documenta pontificia.

In Germania autem alia forma liberalismi invenitur : quidam sacerdotes conabantur introducere in Ecclesia democratiam et ulterius condere Ecclesiam nationalem germanicam.- Alter liberalismus potius intellectualis invenitur apud quosdam doctores qui duce Döllinger vindicabant pro scientia maiorem libertatem, immo independentiam in suis conclusionibus scientificis. Hac occasione Pius IX defendit "veterem scholam" et monuit doctores de necessitate oboediendi non modo definitionibus Ecclesiae sed etiam

magisterio ordinario et congregationibus Romanis. Denz. 1679-1684.

Vide D.T., IX, 563-598, D.A., II, 1822-1842; K L. VIII, 1898-1943.

II. Traditionalismus et fideismus.

Jac. Balmès (1810-1849, H.V. 1198, D.T., II, 132; K L. 1898; Enc. Universal VII, 381); et Aug. Nicolas (+1888, H.V., 1473).

Traditionalismus qualem propugnaverat Lamennais fuit damnatus a Gregorio XVI, an. 1832, et 1834. Denz. 1613-1617.

Aliud systema, quod proprie fideismi nomen habet, propugnavit Bautin (1796-1867), qui causam ultimam certitudinis asserit esse revelationem: negavit enim solo rationis lumine certo cognosci posse existentiam Dei, revelationis factum, miracula evangelica. "La philosophie du christianisme". - Coactus est subscribere retractationi Denz. 1622-1627 H.V. 1186, D T, II, 481, K.L. II, 84. Bonnetty (1798-1879) fundator periodici "Annales de Philosophie chrétienne" eamdem doctrinam modo magis moderato proposuit contendendo impotentiam rationis non esse universalem sed solummodo pro veritatibus religiosis et moralibus. Imo et ipse acriter impugnabat methodum scholasticam. Ipse debuit subscribere retractationi. Denz. 1649-1652. D T II, 1069.

P. Ventura - (1792-1861) docuit rationem posse defendere et demonstrare veritates religiosas, sed solummodo postquam eas per traditionem acceperit. H.V., 1192, K L, XII, 668, C E, XV, 343.

Traditionalismum magis mitigatum tradiderunt (an. 1840-1860) professores Lovanienses praesertim Ubaghs (1800-1875) qui simul ontologismum profitebatur. Fuit reprobatus primo an. 1843 deinde 1864 et 1866 H.V.,1533, C E, XV, 114.

III. Ontologismus

Ontologismum quem docuerat s. XVII Malebranche, renovavit Gioberti (1801-1852) famosus vir politicus (D.T, VI, 1874). Sed ontologismum, modo moderato, docuerunt quidam catholici in Belgio Ubaghs, in Gallia Branchereau et Hugonin, in Italia Vercellone.

Tertia forma ontologismi (idealistici) fuit doctrina Rosmini (1797-1855). Plurimi impugnaverunt Rosminianismum quem alii acriter defenderunt. Congregatio Indicis noluit opus damnare (1854). Cum post mortem eius adhuc ferveret controversia, Leo XIII reprobavit, sine censura tamen, 40 propositiones Denz. 1891, H.V., 1195; C.E., XI, 257; XIII, 194, K.L. IX, 858; XII, 1293.

IV. Rationalismus et semirationalismus

1. Prima forma semirationalismi vocatur Hermesianismus qui docebatur circa 1830 in plus quam 30 cathedris theologicis. Fervente acri controversia, Gregorius XVI damnavit an. 1835. Denz. 1618. Hoc decretum generaliter fuit receptum, solis reclamantibus quibusdam professoribus, qui propositiones damnatas esse falsas agnoscentes, affirmabant non esse ipsius Hermes. Praecipui Hermesiani sunt Achterfeld, Ritter, Baltzer, Braun et Elvenich. Hi duo ultimi an. 1838 Romam profecti sunt ad defendendum

opera Hermes, sed frustra : quare pauci mox Hermesiani remanserunt. H. V., 901; D T, VI, 2230; K.L. V, 1899; C E VII, 276.

2. Aliam formam semirationalismi proposuit cèleber Günther (1783-1871) optimus vir, totus in defendenda fide contra rationalistas et ad renovandam scientiam theologicam deditus. Scripsit : "Vorschule zur speculativen Theologie des positiven Christentums" (1828). - "Peregrin Gastmahl" (1830) etc. Ipse utendo philosophia Cartesiana et dialectica Hegeliana contra rationalistas vult scientifice demonstrare fundamentales veritates christianismi, imo mysterium SS. Trinitatis et Incarnationis esse veritates necessarias saltem in sua fundamentali ratione. Hinc eius semirationalismus. Docet rationem posse, saltem progressu temporis et philosophiae, pervenire ad perfectam intelligentiam dogmatum. Admittit progressum dogmatis, sed ita ut ipse sensus dogmatis pro progressu philosophiae mutetur.- In philosophia errat speciatim admittendo aliquem dualismum in homine; definiendo personam-conscientiam sui. Applicando igitur haec principia ad theologiam errat in exponendo mysterio SS. Trinitatis et mysterio unionis hypostaticae. Errat etiam docendo creationem esse necessariam eiusque finem esse bonum ipsius creaturae; iustitiae originalis statum esse necessarium et etiam redemptionem.

Tres personae ∴ tres conscientiae. in homine conscientia est cognitio sui ∴ subjectum, objectum, ego sum ego. 3. 2. Unde in Trinitate sunt 3 conscientias. unitas Dei non est substantialis sed originis et identitatis.

Multos habuit discipulos ferventes ut Weith, Gangauf, Merten, Schmid etc.; insuper Elvenich et Baltzer, utrique olim hermesiani, ad eius partes transierunt. Strenuos etiam habuit adversarios, ut Clement, Dieringer, Hast, Hitzfelder, Mattes, Volkmuth, et praesertim Kleutgen,

S.J. restauratorem philosophiae scholasticae.

Eius opera post quinquiennale examen an. 1857 prohibita sunt, cui decreto plene et laudabiliter sese subiecit. Pius autem IX, postulantibus episcopis Germaniae eodem anno praecipuos errores Guntheri enumeravit; Denz 1655. Baltzer cum pergeret errorem circa animam hominis defendere, damnatus est an. 1860 Denz. 1655 nota. (C E, VII, 85; K.L. V, 1324).

3. Ad semirationalismum etiam pertinet Frohschammer (1821-1893). Fuit damnatus a Pio IX an. 1862. Denz 1666-1676. Lex. für Theol. und Kirche IV, 209. Prof in Univ. Munich. Fuit distinctionem inter philosophum et philosophiam. Ecclesia non debet errores philosophicos quatales damnare

## B. PROGRESSUS THEOLOGICUS IN SINGULIS REGIONIBUS

1. Hispania. Servatur traditio scholastica; solida eruditio clericorum ita ut episcopi hispani maximas partes habuerint in concilio Vaticano.

Pascal ( + 1856), O.P.

Fr. Xarrié, O.P. (+ 1866) "Teologia tomistica"- "Institutiones theologiae ad mentem S. Thomae".

Marc. Puig, O.P. (+ 1865)

Praesertim celebris fuit Balmès (1810-1848) strenuus apologeta, profundus philosophus cuius operum critica editionem dedit anno 1925 P. Cassanovas, S.J. - H. V, 1118; D.T, II, 132; K.L. I, 1898, E V. I, VII, 1381.

Donoso Cortès (+ 1861) H.V., 1199.

2. In America. Francis Patrik (1797-1863) H.V, 1151.
Martin John Spaldin (1872).

3. In Belgio. cf. D T, II, 550. Restauratio Universitatis Lovaniensis circa ann. 1832; infeliciter eius professores defenderunt traditionalismum et ontologismum (Cfr. supra). Citandi sunt praeterea Laforet (+ 1872, H.V., 1519) Beelen (1807-1884, H.V., 1592) et praesertim J.B. Malou (1809-1861, H.V., 1155) et card. Deschamp (1810-1883): "Entretiens sur la démonstration catholique de la révélation". H.V., 1476, K.L. III, 1435).

Method of considering the fact of Catholicism as demonstrative of its divine origin.

Circa ann. 1837 instaurata est Societas Bolandiana.

4. In Anglia. H. Wisemann (1802-1865 - H.V., 1144; K.L.XV, 1710 E.C., XV, 670) Ullathorne O.S.B. (1800-1889 - H.V., 1450; K.L. XII, 192; C.E., 121). Tempore Cardinalis Wiseman, multi protestantes, praesertim Oxonienses ad catholicam fidem conversi Ecclesiam illustraverunt, inter quos Fred. Guil. Faber (1814-1863) scriptor asceticus, promovit devotionem catholicam (H.V. 1144) Hen. Wilberforce (1807-1873, H.V., 1458, C.E., XV, 620). Edw. Manning (1808-1892) strenuus defensor infallibilitatis R.P. (H.V. 1456; C.E., IX, 605, K.L. VIII, 619) et praesertim Job. H. Newman (1801-1890). Eius "Essays on the development of Christian Doctrine" (1845) maximum influxum habuit in theologia.

Theologiam scholasticam praeclare docuit Guil. Georg. Ward (1812-1882) H.V. 1460.

Murphy in Ireland - great professor.

5. In Gallia. Progressus scientiae theologiae fuit tardus.

Apologetica primas partes habuit; praeter concionatores ut Lacordaire (1802-1861), de Ravignan (1795-1858) Felix (1810-1891) citandi sunt Chastel (1804-1861), Al. Gratry (1805-1872), Rozaven, S.J. (1772-1851) theologus et apologeta qui traditionalismum et ontologismum strenue oppugnavit (H.V. 1165).

Des. Pie (1815-1880) indefessus adversarius naturalismi et liberalismi (H. V., 1539). Mgr.Maret (1805-1884) qui strenue Gallicanismum defendit, tamen bonus apologeta (H.V., 1532, D.T., IX, 2033) Inter laicos Aug. Nicolas (1807-1888), D.T, I,1553.

In theologia morali P. Gury (1801-1862) "compendium theologiae moralis"(1850) quod saepe prodiit (H.V., 1384, D.T, VI, 1993. Contributed greatly to dissipation of old rigorism.

In exegesi solus citandus est Le Hir (1811-1868, H.V. 1225); in re patristica Mgr Freppel (Sorbonne (1827-1886, H.V. 1824) et praesertim Mgr. de Genoulhiac (1806-1875) : et praecipue Migne (H.V., 1605, D.T. X, 1722; K.L. VIII, 1510). _ 1884 incepit _

6. In Germania. Conditio theologiae longe melior, nullaque gens tunc plus progressui scientifico adiuvit. Characteres generales theologiae orthodoxae :

a) elementum speculativum ~~negligitur~~, adest sed non summum neque fructuosum. sed praesertim scientiis positivis incumbunt viri eruditi.

b) magis scientifica fit apologetica.

c) medio saeculo, scholastica hucusque despecta iterum exponitur.

Progress involves continuity cannot have progress in a whirl of changing systems.

Schola Tubingensis

Jo. Adam Möhler (1796-1838), gloria huius scholae. etiam hodie legi meret. → "Symbolik" (1832); Ant. Staudenmaier (1800-1856) conatus est componere speculationem et historiam dogmatum.

(H.V., 1088, K.L. XI, 744, C E, XIV, 282). Dux autem huius scholae dicendus est Joan. Kuhn (1806-1887): caput erat scholae theologicae quae opponitur theologiae neo-scholasticae et romanae. "Katholische Dogmatik" (began but not finished.) (1846), desideratur maior securitas doctrinae (H.V. 1509, C E, V, 703; K.L. VII, 1238, D T, VIII, 2377). - In re morali J.B. von Hirscher (+ 1865); H. Hefele (1809-1893) historicus: "Historia conciliorum" (1855).

Schola Monacensis in qua etiam interdum pura orthodoxia desideratur : sic Franc. Baader (1765-1841) theosophiae indulget et primatui Romano sese opposuit (H.V., 1097). Ad eam pertinet etiam Frohschammer.

Exegesim docuit Jos. Franc. Allioli (1793-1873), Bon. Haneberg (1816-1876; H.V., 1554).

Jus canonicum : Georg. Philipps (1804-1872).

Patrologiam H. Klee (1800-1840) "Katholische Dogmatik" (1834) "Lehrbuch der Dogmengeschichte" (1837) H V, 892, E C, VIII, 666, D T VIII, 2358, K.L. VII, 743. -

Historiam : Görres; et Doellinger (1799-1890) insignis historicus qui infeliciter schismaticus mortuus est.

Schola Wirceburgensis minorem celebritatem sed securiorem doctrinam habuit.

H.J. Denzinger (1819-1883) "Vier Böker von der religiosen Erkenntniss" (1856); "Enchiridion Symbolorum" (1854); H. V, 1432, D T, IV, 450; K.L. III, 1516.

Fer. Hettinger (1819-1890) apologeta (H.V., 1433).

Jos. Hergenroether (1824-1890) historicus (H.V., 1620).

Restauratio scholasticae

Jos. Kleutgen S.I. (1811-1883) "Die Theologie der Vorzeit" (1853); H.V., 1501, C.E., VIII, 667.

C. Werner (1821-1888) H. V., 1749.

Fr. Jac. Clemen (1815-1862) laicus, professor in Academia Monasteriensi H.V., 1121.

von Schäzler, S.J. (1827-1880) H.V., 1506.

Fr. X. Dieringer (1811-1876).

Cf. etiam in genere D.T., I, 856; C. Werner Geschichte der Katholische Theologie.

7. In Italia : non idem progressus scientificus sed ibi et praesertim Romae servatur sana et traditionalis theologia.

Jo. Perrone (1794-1876) magnas partes habuit in examinandis erroribus Hermes, etiam laboravit ad praeparandam definitionem Immaculatae Conceptionis. "Praelectiones theologicae" - H. V, 1496.

Car. Passaglia (+ 1887) "De praerogativa B.

"De primatu Petri" - "De Ecclesia Christi" -
"De immacolato Deiparae conceptu"
(H.V, 1498).

Pro futuro progressu theologiae maximi momenti sunt conamina, approbante P. Roothaam, <u>ad restaurandam scholasticam</u>.

P. Taparelli (1793-1862) inceptor fuit.

Matth. Liberatore (1810-1892) H.V. 1488.

Cap. Sanseverino (1811-1865) H.V. 1196.

Tongiorgi ( + 1865)

Eruditione claruit Card. Mai (1782-1854) H.V. 1255;

J.B. Rossi (1822-1896) princeps archaeologorum.

==============================

Vatican Council - D 1781-1840 - De fide Catholica - de Ecclesia

Infallibility of Pope - Communis omnium sententia medio aevo.
Obscurata per anti-papas et conc. Constantiense etc.

# III E P O C H A

## POST CONCILIUM VATICANUM AD ANN. 1914
## Leo XIII

1. Causae faventes.
   1. Concilium Vaticanum
   2. Fundatio facultatum catholicarum in Gallia; felix status universitatum in Germania.
   3. Influxus et institutiones Leonis XIII.
   4. Progressus scientificus profanus.

2. Characteres generales.
   1. Instauratio thomismi
   2. Progressus theologiae positivae.
   3. Methodus historica et critica.
   4. Novae quaestiones morales.

I. THOMISMUS.

1. Hanc renovationem praeparaverat Pius IX Denz. 1652, 1680, 1713.

   Jam utiliter laboraverant Kleutgen, Liberatore etc.

2. Leo XIII encyclica "Aeterni Patris" 1879, qui insuper selegit professores in Academiis romanis S.Thomae devotos : Cornoldi S.J. (+ 1892). Mazella (+ 1900, H.V, 1909) Billot (+ 1932) Zigliara, O.P., Lepidi, O.P. (+ 1922), Lorenzelli, Satolli (+ 1910), Tolomc.

   Accademia Romana di S. Tommaso.

3. In plerisque seminariis libri manuales "ad mentem S.Thomae"; in universitatibus eriguntur cathedrae ad docendum theomismum. Periodici conditi sunt - Institut Supérieur de Philosophie in Belgio, duce Mgr. Mercier - In Germania Görres gesellschaft; in Austria Leogesellschaft; in Helvetia Universitas Friburgensis.

4. Mira activitas O. Praedicatorum.- In Soc. Jesu zelosi thomistae: Schiffini (+ 1906; H.V. 1910), Mattiussi, de San, Billct, d'Alès etc.

Forgotten works edited.

5. Studia praeclara ad elucidendam historiam scholasticae de Wulf, Ehrle, Baeumker (+ 1924), H. Deniffle, O.P. (+ 1905), Fidelis a Fanna, O.F.M. (+ 1881), Ign. Jeiler (+ 1904), Grabmann, etc. [Importance of chronology - changes in opinion [Importance of way problem was contemporarily conceived.
Die scholastische Methode

6. Oppositio in Gallia, Labertonnière (+ 1930) Annales de Philosophie chrétienne.

7. Pius X, 1914 Motu Proprio - Elenchus XXIV propositionum - Ius canonicum. Benedict XV "tutas normas directivas"

8. Pius XI Encyclica "Studiorum ducem" (D.A. IV, 1667).

## II. PROGRESSUS THEOLOGIAE POSITIVAE.

] Dogma an sit - positiva inquisitio.
Dogma quid sit - speculativa inquisitio.

praeter infinitum laborem in universitatibus Germanicis.

1. In re biblica : Institutio Scholae Hierosolymitanae (1890), duce P. Lagrange, O.P. La Revue biblique - institutio commissionis biblicae a Leone XIII, 1902. Institutum Biblicum (1909).

historia fuit ars quaedam; saec XIX methodus scientifica: exacta, conscia,
Discoveries of old texts, editing
Re-edition of standard wks.

2. Maximus progressus in historia, Patrologia et scientiis annexis. Saeculum XIX dictum est saeculum historiae. Cf. de Ghellick L'Etude des Père après 15 siècles, Gregorianum, t. 14, 1933, p. 185.

General wks. Dictionaries, Encyclopedias, Histories of theol. + Dogma, Collections (Col. Lac.), Monographs, Periodicals.

3. Novae disciplinae vel peculiares partes distinctae : theologia [1] biblica, [2] patristica, [3] symbolica : historia comparata Religionum, Ethnologia - Praehistoria - praesertim historia dogmatum (Schwane, Dogmengeschichte; J.Bach, Dogmengeschichte des Mittelalters; Tixeront, Histoire des dogmes).

III. <u>PROGRESSUS SPIRITUS CRITICI ET SCIENTIFICI</u>.

Ch. De Smedt, S.J. Bollandist Les principes de la critique historique. Eadem methodus incoepit applicari ad fontes traditionis, imo ad Scripturam sacram - Hinc theoria de progressu dogmatis, cuius celebrior incoeptor fuit, post Möhler et Klee, Card. Newman.

IV. <u>CONSEQUENTIAE</u>.

1. Verus progressus in methodis, in modo probandi dogmata; expositio et probatio doctrinae catholicae facta est magis scientifica.
2. Apud plerosque auctores dogmaticos sincerus conatus coniungendi methodum scholasticam et positivam.
3. Nihilominus practice praevalet methodus positiva ideoque floret theologia positiva, magnumque favorem obtinet historia dogmatum; et indubius progressus theologiae positivae dicendus est potius nocuisse speculationi scholasticae.

V. <u>CONFLICTUS ET CONTROVERSIAE</u>.

a) Contra hostes externos nempe incredulos et rationalistas : haec causa fuit veri progressus Apologeticae, imo Apologiae singulorum dogmatum.

b) Intra Ecclesiam conflictus inter tendentiam "conservativam" (ad quam generatim pertinent theologi speculativi) et tendentiam "progressivam" (ad quam pertinent praesertim eruditi et historici). Et in hoc conflictu praeparatur modernismus.

1° - APOLOGETICA

a) primum locum occupat. - Apologetica "theologia fundamentalis" constituta est ut scientia quasi autonoma. Ad hunc progressum multum contulerunt Gardeil, O.P. (+ 1931), Le Bachelet, S.J.( 1925) de Maison Neuve, Bainwel, Pinard de la Bouillaye, Garrigou-Lagrange.

Bibliographia. Cf. van Laak. Institutiones theologiae fundamentalis, 1910,- Tromp. De revelatione christiana, 1930, p. 281.

b) Praecipui Apologetae : Monsabré, O.P. (+ 1907); de Broglie (+ 1895); Hettinger (+ 1890); Heinrich (+ 1893); Gutberlet (+ 1928); Duilhé de Saint Projet (+ 1897); Paul Schanz (+ 1905); de Groot, O.P. (+ 1922); Wilmers, S.J. (+1889); Ottinger, S.J.; Weizs, O.P. (+1924); Chr. Pesch (+1925); de Grandmaison (.1927); Dieckman, S.J. etc.

c) Controversia acris de methodo apologetica : Blondel dure accusat veterem apologeticam "extrinsecismi", et novam apologeticam proponit secundum "methodum immanentiae". Ad partes Blondel accedunt Labertonnière, Fonsegrive, etc. Theologi e contra defendunt veterem methodum.

2° - <u>QUAESTIO BIBLICA</u>

a) "Schola largior" : Lenormand, cuius liber damnatus est an. 1887; Card. Newman; Bartolo cuius liber relatus est in indice 1891; Mgr. d'Hulst.

b) Encyclica Leonis XIII "Providentissimus" 1893.

c) Controversia de inspirationis natura : Franzelin, Billot, Fonk, contra Zanecchia, O.P. et Lagrange etc.

d) Controversia de modo explicandi inerrantiam: praeparatur modernismus.

3° - <u>QUAESTIO DE ORIGINIBUS</u>, speciatim

a) de fide Patrum antinicaenorum
historici critici, Hefele, Kuhn, Funk, Kraus etc.
contra Franzelin, Mazella, Janssen, Billot etc.

b) de origine episcopatus.

c) de disciplina poenitentiae in Ecclesia primitiva : Vacandard, Battifol, Funk etc. contra Palmieri, Harent. etc. Grandenrath et plerosque theologos.

4° - Mox generalior quaestio de progressu dogmatis, de notione ipsa dogmatis, revelationis, etc. Praeparatur modernismus.

V. <u>QUAESTIO SOCIALIS ET THEOLOGIA MORALIS</u>.

a) Quaestio socialis nata ex circumstantiis oeconomicis et politicis, ex reactione necessaria contra errorem liberalismi oeconomici.

Encycl. Leonis XIII "Rerum novarum".

Hinc acris controversia inter "conservativos" et "catholicos sociales", quae ipsa contulit ad progressum theologiae moralis.

b) Theologia moralis magis scientifice exponitur et magis speculative tractatur.

VII. PRAEPARATUR CRISIS MODERNISTICA

Marcel Herbert (1851-1916)

Loisy

G. Tyrell (1861-1909)

von Hugel (1852-1925)

VIII. PRAECLARIORES THEOLOGI DOGMATICI

nominantur tantum mortui :

Franzelin (1816-1855) "Tractatus de Traditione" H.V, 1507, D T, VII, 765.

Palmieri (1829-1909) H.V, 1910

L. Billot (+1931)

Th. Zigliara, O.P. (1833-1893) "Propaedeutica ad S. Theologiam".

Ed. Hugon, O.P. (+1829)

R. Schultes, O.P. (+1828)

Laur. Janssens, O.S.B. (+1925)

In Gallia - Didiot, - Hilarius Parisiensis (+1904) Vacant (+1901) - Th. de Regnon, S.J. (+1893) J.B. Terrien, S.J. (+1903) - Gardeil, O.P. (+1931) - Le Bachelet, S.J. Portalié, S.J. Harent, S.J.

In Germania. Hurter (+1914), Chr. Pesch (+1925). J.B. Heinrich (1816-1916) (Dogmatische Theologie H.V., 1516); Fr. Stentrup, S.J. (+1898), J. Pohle (+1921). Praesertim

Mat. Scheeben (1835-1888) "Mysterium der Christentums" (1865), "Handbuch der Katholischen Dogmatik" (1873-1887) quem absolvit Leon. Altzberger (+1918) H.V, 1511. Herm. Schell (+1906.

In Hispania. Cf. Gonzalez y Dias Tuñon, O.P. (+1904) Juan Gonzalez Aristero (+1928) Norb. del Prado, O.P. (+1920); Fr. Marin-Sola (+1930) - José Mendive, S.J. (+1896); Val. Casajiana, S.J. (+1889), Juan Muncuwill, S.J. (+1929) Beraza, S.J. etc.

IX. PRAECIPUI AUCTORES MORALES

| | |
|---|---|
| Anton. Ballerini, S.J. | (+1881) |
| Jos. d'Annibale, S.J. | (+1892) |
| Fr. X. Wernz, S.J. | (+1914) iurista |
| Ferd. Probst | (+1899) |
| Conr. Martin | (+1879) |
| Ir. scav. v. Linsenmann | (+1898) |
| Joan v. Pruner | (+1907) |

Aug. Lehmkulh, S.J. (1918); Hier. Noldin, S.J. (+1922) Dom. Prümmer, O.P. (+1931); Vic. Cathrein, S.J. (+1931) Jos. Mausbach (+1931).